

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1863**

De S. Petro Balsamo Sive Abselamo Martyre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](#)

## DE SANCTIS MARTYRIBUS

## ZOSIMO MANACHO ET ATHANASIO

## COMMENTARIENSI.

SUB  
DIOCLETIAN.  
III JAN.

SS. Zosimuset  
Athanasius  
pussi sub Do-  
mitiano Prae-  
side

**A**dmirabiles hos viros ita celebrat hoc die MartYROLOGIUM ROMANUM : In Cilicia sanctorum Martyrum Zosimi, Athanasii Commentariensis, Theopempti, et Theone, qui in persecutione Diocletiani illustre martyrium obierunt. Martyres quoque Menxa appellantur i Januarii : Eodem die memoria sanctorum Martyrum Zosimi monachi et Athanasii Commentariensis. Baronius hos cum Theopempto et Theone conjungit; atque in Notis ab Gracorum Menaes passos referri sub Domitiano Imperatore. Verum non Imperator Domitanus hic fuit, sed Αγριος Prefectus aut Prses. i Januarii eos referit Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum, uti et Menologium, in quo haec habentur : Eodem die commemoratione sancti Martyris Zosimi et Athanasii Commentarien-

sis, qui Domitiano Praeside apud Ciliciam illustreretur pertulerunt.

2 Menxa paulo fusius : S. Zosimus in Cilicia eremum cum teris incolebat. Comprehensus Domitiano Praesidi sitatur, cumque Christum confiteretur, aures ei carenti ferro aduruntur. Deinde in libetum liquato plumbō plenum a capite suspensus mittitur. Verum mirabiliter ex omnibus liberatus, apparente in theatro leone, ac de Christo humana voce loquente, Athanasium Commentariensem ad fidem adduxit. Dimissus a tyranno, reddit ad montes in quibus ante pietati vacare conueverat, ibique commorans erudit baptizatque Athanasium. Inde sub disruptas hiantesque petras simul ingressi animas Deo reddiderunt.

S. Zosimus  
varie torque-  
tur.

Leo humana  
voce loquitur.  
Athanasius  
convertitur.

Vite contem-  
plus.

Gloriosum  
martyrium.

Petrus an mo-  
nachus, an  
athleta.

AN. CHR. CCXCI

III JAN.  
De S. Petri  
Balsami no-  
mine, die, et  
loco martyrii  
discrepant  
auctores.

**H**ujus gloriiosi athletæ pleraque meminere MartYROLOGIA; sed neque in nomine, neque in loco aut genere martyrii conveniunt. Appellant enim Anselamum, Auselamum, Abesalamum, Apselamum, Balsamum, Abesalamiten, Abessalomiten. Quidam Cæsareæ, alii Aulonæ, nonnulli in ditione Eleutheropolitanæ passum scribunt. Satius est ipsorum verba MartYROLOGIORUM referre.

2 Beda : S. Petri Martyris. ms. Societatis Jesu Antwerpia, et ms. S. Lamberti Leodii : In civitate Aulana passio S. Petri, qui crucis supplicio est interemptus. ms. S. Richarri : Civitate Aulana S. Petri Martyris. Vetustum ms. S. Martini Tornaci : In civitate Avelena passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximiano Imperatore. Usuardus : Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulananam crucis supplicio est interemptus. Eadem habet Bellinus, eadem MartYROLOGIUM ROMANUM, nisi quod civitatem Aulonam vocet, ut quedam sub nomine Usuardi mss. Nonnulla Eulanam. Maurolycus : Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulananam crucis supplicio est interemptus, sub Severo Praeside, Diocletiano imperante. Eadem fere Galesius et MartYROLOGIUM GERMANICUM.

3 i Januarii eum quidam referunt : Hrabanus et ms. MartYROLOGIUM S. Maximini Treveris : Eodem die passio Petri, qui et Balsami, Martyris, sub Maximiano Imperatore, agente Severo Praeside, qui eum non volenter sacrificare diis, jussit suspendi et ungulis lacerari : ad extremum vero gladio interfactus est, et in Aulona civitate sepultus. Eadem iisdem fere verbis Notkerus.

4 Molanus in Januar. cum Usuardo eum referit, iterumque in Addit. ad Usuardum xi Januarii velut diversum : Cæsareæ Palestinae S. Petri Ascetæ, id est religiosi sive monachi, qui saepe rogatus ut adolescentiae parceret, eorum exhortationibus neglectis, per ignem, velut aurum purissimum, fidem in Christum excelso animo probavit. Quæ ex Eusebio hausit Molanus. Ille namque lib. 8, histor. Ecclesiastica cap. 20, ita scribit : xi die mensis Audinæ; id est, ad iii Id. Januarii, Petrus qui et Apselamus dicebatur, ἀστερῆς, id est religiosus vel monachus, vitam solitariam et meditationi deditam secutus, ex pago Anea in finibus Eleutheropolis sita prognatus; cum Iudeus et qui ei aderant in concilio sapissime eum rogassent ut sui ipsius misereretur, suaque adolescenti-

tiae et ætati florenti parceret; eorum hortationibus penitus neglectis, et spe, quam in Deo omnipotente collocasset, cum aliis rebus omnibus tum vitæ ipsi longe prælata; Cæsareæ per ignem, velut aurum purissimum, fidem in Christum Dei, generoso et excelsu animo accurate probavit.

3 Quod autem Christophorus, religiosum vel monachum, vitam solitariam et meditationi deditam secutum vertit; in Graeco solum est ἀστερῆς, quod hic fortasse non religiosum, sed robustum, atque ad certamina (ante conversionem scilicet) exercitatum significat. Sic infra ex Menologio, corporis robore, et animi vigore plurimum valuisse dicitur; atque ex Menaxis τῇ κατὰ πόλιν ἐπεξεῖδε, καὶ τῇ κατὰ τὸ σῶμα ἁρμόνιον, Fidei religione, et corporis robore præstans. Certe ἀστερῆς saepe athletam significat, et ἀστερῆς γymnasium; licet sapientius apud sacros scriptores pro monasterio accipiatur.

6 Eodem xi die Januarii referunt in MartYROLOGIO S. Hieronymi Alolamus, et in ms. Rhinowien. Petrus Absalmus, ut infra dicemus, qui indubie hic noster est.

7 Menxa xii Januarii : S. Petrus Abesalomites Martyr et fidei religione et corporis robore præstans, in flore ætatis libera voce Christum professus est. Inde a Praeside Eleutheropolitanus captus, cum neque blanditiis emolliretur, neque minis terroreretur, in rugum conjectus, ex eo martyrii lauream reportavit. Raderus noster diversum hunc existimat a Petro Abesalamo sive Balsamo, et quidem quod Abesalam 2 Machab. 11, v. 17, et Abessalom 3, Reg. 13, v. 2, et v. 10, propria sint Judæorum nomina, suspicatur et hunc natione Judæum fuisse.

8 Eadem Menxa xiv Octobris de eodem, nisi fallor : Sancti Martyris Petri Auselami. Profectus est hic e finibus Eleutheropolis, vico Aneas dicto, generosus et acer animo juvenis, valido quoque corporis robore : saepe fortiter fecit pro religione, contemptus omnibus præsentibus sexto Diocletiani anno sacrificium Deo acceptum factus, certamen in flammis absolvit. Miror, quod Raderus noster se scribat nihil de hoc legisse apud Latinos. Eadem xiv Octobr. habet Menologium. Ferrarius quoque in generali Catalogo Sanctorum eodem die : Aulonæ in Macedonia S. Petri Martyris sub Diocletiano. Vix mihi dubium est, quin idem et unus sit Petrus Abesalamus, qui cur adeo diversis diebus colatur a variis, non est facile conjectare.

9 De

Ejus patria

*Cruce, gladio,  
igne, qua ra-  
tione dicatur  
interemptus.*

9 *Demartyrii genere non parva quoque esse controversia videtur; dum quidam in crucem actum, alii gladio in-  
teremptum, igni ali⁹ extinctum volunt. An cruci affixus  
est, deinde igne circumposito suffocatus? An ex cruce subla-  
tus, in igne conjectus? an gladio deinde in ipsis flammis  
percussus? Menæa et Menologium crucis et gladii non me-  
minere. ms. Bertinianum expresse habet: Tunc cruce  
suspensus, capite est plexus.*

*Ubi passus.*

10 *De loco quoque variant. Cæsarea interfectum scribit Eusebius, alii Aulanæ, vel Aulone. Est Aulana, ut ex Hegesippe tradit Ortelius, urbs Samarie. Eleutheropolis vero, in cuius finibus natus est Petrus, prima Palæstina urbs, que, ut ait Cedrenus, olim Hebron fuit. Ejusdem vero Palæstina primæ Metropolis erat Cæsarea, olim Turris Stratoni. Quare non mirum est cum qui intra jurisdictionem urbis Cæsariensis sit interfactus, Cæsarea occidum diciab Eusebio; qui enim capite alios captos ac peremptos scribit Ascalone in eadem provincia. Deinde non dicitur in Actis Aulanæ occidum, sed comprehensus, ac deinde Præsidii oblatus, forte ad eum Casaream pertinacetus. Sane adduci non possim, ut Galesini⁹ assentiar, qui Aulanam Aulonam interpretatur, vulgo la Velona, que urbs est maritima in sinu Adriatico: quem secutus est Martyrologii Romani Gallicus interpres et Ferrarius in topographia, qui Petrum cum Balsamo isthac actum in crucem scribit, corpus vero illius Veneris asservari.*

*S. Petrus  
Atroce sepul-  
tus.*

11 *Eodem die in Januarii Petrum Σημειώσον cele-  
brant Menæa: quifortassis noster est Petrus Balsamus, quem tamen nunquam alibilegi hoc nomine appellari. Ita  
habent: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μαρτύρων τῶν δύο πατρῶν ἡμῶν  
Πέπρων τῷ Σημειώσον, εὐτῷ ἔτη τοῖς Συχαιρετικοῖς  
τελεταῖς. Ipsa die Commemoratio S. P. N. Petri  
qui signum tulit, in S. Zachariae Atroce sepulti.*

*Cur Σημειώσο-  
ντος dictus.*

12 *De eo ita commentatur Raderus noster: In Graeco  
est Σημειώσον ad verbum Signiferi, Vexillarii, Ante-  
signani. Varie potest verbum accipi, quasi Petrus ex  
Vexillario factus sit monachus; vel Christi vestigia in  
corpo suo circumfulerit, sicut D. Paulus et alii; vel  
quod crucem assidue gestarit, uti de quibusdam alii  
legimus: σημεῖον enim etiam crucem et signum Fili  
hominis significat, Matth. 24, vel quod signa fecerit,  
vel quod litteris in fronte notatus et inustus fuerit, si-  
c ut nonnulli infraprohibunt litterati, quod sacras ima-  
gines noluerint damnare, aut rejicere, aut proculeare,  
quod impii quidam Caesares iconomachi et iconoclaste  
factitabant, et ab aliis fieri volebant et cogebant. Reor  
illum potius in crucem actum pro Christo. Nam ita  
Martyrologium Rom. docet illum apud Aulonam ci-  
vitatem crucis supplicio peremptum. Arbitratur ergo,  
Raderus eundem hunc esse Petrum qui Aulonæ passus  
dicitur.*

*Acta unde de-  
scripta.*

13 *Acta S. Petri Balsami ab Anastasio Bibliothecario  
Latine versa, atque a Surio edita contulimus cum antiquis  
mss. monasterii S. Bertini, monasterii S. Maximini Tre-  
viris, Ecclesie S. Audomari, S. Marie de Ripatorio,  
et aliis.*

### ACTA.

*S. Petri pa-  
tria.*

In illo tempore Petrus, qui et Balsamus, cum comprehensus fuisset apud Aulana civitatem tempore persecutionis, cum esset oriundus a finibus Eleutheropolitanæ civitatis, oblatus est Severo Præsidi. Severe dixit ad eum: Quis diceris? Petrus respondit: Nomine paterno Balsamus dico; spirituali vero nomine, quod in baptismo accepi, Petrus dico. Praeses dixit: Quid tibi genus est? Petrus respondit: Christianus sum. Praeses dixit: Quod officium geris? Petrus respondit: Hoc majus officium habere non possum: et quod esse potest hoc melius, quam ut sim Christianus? Praeses dixit: Parentes habes? Petrus respondit: Non habeo. Praeses dixit: Mentiris; audivis enim te habere parentes. Petrus respondit: In Evangelio mihi præceptum est omnia denegare, cum ad nominis

\* al. Pabulum  
an parentes  
sunt tibi?

Christi venero confessionem. Praeses dixit: Nostri præceptum imperiale? Petrus respondit: Ego præceptum Dei mei novi, qui est verus et perpetuus Rex. Praeses dixit: Præceptum est a clementissimi Principiis, ut omnes Christiani aut sacrificent, aut diversis ponis moriantur. Petrus respondit: Et hoc veri perpetuique Regis præceptum, si quis sacrificave-  
rit dæmonis, et non soli Deo, eraducabitur. Quid ergo melius est, a te perire, aut a Deo vero in perpetuum eradicari? Tu judica, si vere est in te aliqua justitia. Praeses dixit: Audi me, et sacrificia diis, et comple jussa Principum, Petrus respondit: Ego manufactis diis, lignis et lapideis, quales vos estis, non sacrifico.

2 Praeses dixit: Injuriam nobis facis. Nescis quia potestatem habeo occidendi te? Petrus respondit: Ego injuriam non facio, sed quod scriptum est in lege divina, hoc dico. Simulacra, inquit, gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os, oculos, nar-  
res, manus, pedes habent: sed de his neque loquuntur, neque vident, neque odorant, neque audiunt, neque palpant, neque ambulant. Deinde sequitur: Si miles illis flant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Si Dominus per Prophetam et Spiritum sanctum haec dicit, quomodo tu mihi dicas, quod injuriam tibi fecerim, quia dixi similem te lapidibus et lignis mutis et surdis, in quibus dæmonia colitis? Et me persuades tibi similem fieri? Praeses dixit: Audi me, et miserere tui, et sacrificia. Petrus respondit: Tunc me miserere, si non sacrificavero, et a veritate non discessero. Sed quia infidelis es, et nec mihi creditis, nec lege divina, quia qui dæmonis sacrificat, eraducabitur: et semper mihi hoc ingeris dictum, fac quod tibi jussum est. Praeses dixit: Adhuc gero patientiam, expectans ut tecum cogitas sacrifices et salveris. Petrus re-  
spondit: Superflus \* mihi persuades; fac jam, quod \* al. tibi.  
facturus es, et adimple opera patris tui diaboli. Nam ego quod suades non sum facturus, nec mihi Domini-  
nus meus Jesus Christus permittat, quem colo.

EX SURIO  
ET MSS.

*Idola et co-  
rum cultores  
ridet.*

Torquetur.

\* al. Sacrifi-  
cas, an non?

3 Praeses jussit eum suspidi: cumque fuisse suspen-  
sus, dixit ad eum: Quid dicas Petre? Numquid  
\* bene sentis in hac suspensione? numquid reddes sa-  
cra? Petrus respondit: Jube adhiberi ungulas: ego  
enim jam dixi tibi frequenter, quod non sacrificio dæ-  
monis, nisi soli Deo meo, pro cuius nomine patior. Praeses jussit eum fortiter torqueri. Cumque nimium  
vexaretur prædicabilis Dei Martyr, vocem doloris non  
dabat, sed tantum psallebat, dicens: Unam peti a  
Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini  
omnibus diebus vite mee. Et iterum dicebat: Quid  
retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi?  
Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invoca-  
bo. Haec eo loquente, amplius excitatus Praeses  
alios carnifices jussit accedere. Turba vero adstans,  
cum videret nimium sanguinem currere per pavimen-  
tum, doluit, dicens ad eum: Miserere tui homo, et sa-  
crifica, utte liberes ab his crudelissimis peccatis. Sanctus  
vero Dei Petrus respondit: Haec poena nullæ sunt, nec  
mihi aliquem incutient dolorem: quod si negavero  
nomen Dei mei, \* in veras penas, et in majora tor-  
menta perpetua ingressurum me esse cognosco. Prae-  
ses dixit: Quid dicas Petre? Sacrifica, aut penitiebis.  
Petrus respondit: Ego nec penitiebo, nec sacrificio.  
Praeses dixit: Ego sentientiam in te profero. Petrus  
respondit: Hoc est, quod tota aviditate expecto.  
Tunc Praeses dictavit adversus eum sententiam, dicens:  
Petrum admodum contemnentem invictissi-  
morum Principum jussa propter legem Dei sui  
crucifixi sententiam subire præcipio. Sic quoque ve-  
nerabilis athleta Christi, complens agnon suum, di-  
gnus habitus est passionibus Domini sui participari.  
Martyrizatus est autem testis Christi Balsamus, qui et  
Petrus, apud Aulana civitatem, in Non. Januar. sub  
Maximiano Imperatore, regnante Domino nostro Iesu  
Christo, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

\* al. innume-  
ras.

Cruci affig-  
tur.

\* ms. Bert-  
inia. Tunc  
cruce suspen-  
sus capite est  
plexus.